



1.
2.
3.
4.
5.
6.



1776, 23.

8

P. 400.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI

AN

DEFECTVS VIRGINITATIS
DECLARATIONI NVLLITATIS
MATRIMONII CONCEDAT LOCVM?

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XXV. IVNIL ANNO MDCCCLXXVI.

DEFENDENDAM PROPONIT

AVCTOR

IOANNES HENRICVS REINHOLD

ROTHENTHAL, MISN.

LIPSIAE.

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



QUESTIO
LIVIS CONTROVERSI

AN

DETECTVS VIRGINITATIS
DECEPATIONE VILLITATIS
MATTMONI OXODIA LOVRE

INSTITVS ROTONDI MEDICVS GRATIA

1743 DE

D. CHRISTIANO HENR. BERNHARDT

ALUMNO VNIERSITATIS ROTONDI
DE SOCIETATE MEDICORVM ROTONDI

1743

IN ROTONDI VNIERSITATE

DE ROTONDI VNIERSITATE

DE ROTONDI VNIERSITATE

1743


JOHANNES HENRICVS REINHOLD

1743

1743

DE ROTONDI VNIERSITATE





AN
DEFECTVS VIRGINITATIS
DECLARATIONI NVLLITATIS
MATRIMONII CONCEDAT LOCVM?



Contractuum viribus vim, metum, errorem, et dolum maxime esse infensa atque contraria nos non fugit, quibus quidem praemissis facile ad intelligendum, matrimonii initi auctoritatem hebescere, vi, metu, dolo, seu errore superueniente, siquidem matrimonium, licet multis in sententiam mente nostra abalienatam discedentibus, contractus, et quidem consensualis naturam atque indolem induat, quam quidem nostram sententiam corroboratam atque communitam comprehendimus in *L. fin. C. de repud. nov. XXII. c. XIX. nov. LXXIV. c. IV.* vbi illud, nuptiarum contractus venit nomine,



ne, praeterea omne dubium explodendum vltius, spon-
salia apud antiquos Romanos stipulationibus interpositis
contracta et mentiones pactorum, nec non repromissiones
futurarum nuptiarum appellata ad limam si deuocamus
iudicii, quo alludit BRVNNEMANNVS in *iur. eccles. lib. II.*
c. XVI. §. 1.

§. II.

Quae cum ita sint, quin euenire queat, quis dubitet?
matrimonio contracto defectum virginitatis comprehendi,
quam tamen foeminam maritus tanquam virginitate hucusque
haud destitutam duxit in matrimonium, dein autem ad eius
peruenerit notitiam, spem sese fecellisse: Hocce matrimonium
suis non subsistere viribus constat quidem inter omnes,
haud vna voce autem eruditi consentiunt, an per diuortium
euanescat, aut permulto potius pro nullo declaratur? Aliis
prior, aliis posterior arridet sententia, quorum vero poste-
riorum menti nos quoque nostram vnanimem adiungimus
sententiam, et quidem eam ob rationem: Contractuum ea
natura atque indoles, vt consensum liberum, praesentem
atque certum exigant, quo quidem deficiente pro nullo de-
claratur, matrimonium quoque contractibus consensualibus
esse accensendum supra commonuimus, et id circo consen-
sus extortus, minus praesens, seu incertus vitiat matrimo-
nium, sponsus autem in errore inuincibili est versatus eo
tempore, quo mulierem duxit virginem, et igitur ille con-
tractus per clausulam generalem euanescit, cuius fecit men-
tionem PAVLVS *sent. recept. I. VI. II.* videlicet ex iusto er-
rore *L. I. §. 1. ff. quib. ex caus. mai.*

§. III.



§. III.

Quibus quidem praepositis idioma virginittis ipsum animo nobiscum reputandum, insimulque consciendum, nostram sententiam posita virginittis voce neutiquam spectare ad Hymen, quod Physici suam ad cathedram deuocant, siquidem vix vnum existere nonnulli asserant: CARPZOV. in iurisprud. consist. Lib. II. Tit. XIII. def. CXXIV. et CXXVI. STRYCK iur. eccles. lib. II. c. XVII. §. XXV. et licet adsit, matrimonium attamen suis subsistit viribus, nec euanescit, nisi maritus probationem in sese suscipiat, vxorem matrimonio nondum celebrato cum aliis habuisse rem, siquidem non modo coitu, verum violento corporis motu etiam seu quoque saltu hymen posse corrumpi, nos non fugiat. Quamuis autem illa verba, quae in sacris litteris DEUTR. XV. v. 13. seqq. ita legimus relata: *Hier ist die Jungfrauschafft meiner Tochter* ad Hymenis signum, virginittisque indicium, nec non ad torale cruentatum videntur alludere; ea tamen verba multo potius ad leges fœrenses profœpiae Iudaicae proprias, atque nouo testamento prorsus sublatas, nec minus ad prodigiorum aeuum esse referenda censemus, et eo magis arbitramur, quam nostra Consistoria ob defectum toralis cruentati matrimonia parum rescindant.

§. IV.

Virginittatem illibatam igitur eam esse intelligimus, si foemina nondum cum masculo concubuerit, atque cum illo sese commiscuerit, ac hisce exemplis nostram sententiam luce perfundemus: Pater dicitur, quem iustae nuptiae demonstrant, partus autem legitimus, qui ex matrimonio rite inito,



inito, atque iusto tempore enatus, quod si quis autem vxorem duxerit, illa autem nondum adimpleto iusto tempore partum fuderit, quod ad minimum septem menses contineat, vbi partus quidem legitimatus, non autem legitimus denominatur, matrimonium pro nullo declaratur: Aut si interiecto temporis spatio matrimonio celebrato, ad mariti perducatur notitiam, vxorem ex alio fuisse grauidam atque partum esse enixam: Seu, si quis vxorem duxerit, quam integrae habuit aestumationis, deinceps autem appareat, illam quondam suam pudicitiam proposuisse in propatulo, aut suam formam in lupanari esse cauponatam, quibus cunctis obuientibus casibus matrimonium declaratur pro nullo, quamuis Pontifex eo sit segnior, siquidem ille *in c. inter opera charit. 20. X. de sponsalibus* inquit, qui publicas mulieres de lupanaribus extraxerint, et in vxorem duxerint, remissionem proficere peccatorum: Ast hocce capitulum magis persuasorium, (ceu inter opera charitatis refertur,) quam dispositiuum atque praeceptiuum videtur, et praeterea *NOV. LXXXXIII. LEONIS* illi est contraria, nec naturae Germanorum congruum prouerbio vtentium:

*Wer eine Hure nimmt wissentlich,
Der bleibt ein Schelm ewiglich!*

quibus quidem verbis apparet, hocce matrimonium non modo apud antiquos Germanos esse explosum, verum illum etiam in infamiam ingruisse, qui sciens eam mulierem duxerat:

§. V.

Nostram sententiam explodendam permultos suam extendere curam animaduertimus, siquidem illi pro nullo declaratur.



clarandum contractum non esse, nisi deficiente substantiali, virginitatem autem, quum quotidie viduas virginitatem delibari passas celebrare matrimonium intelligimus, neutiquam ceu substantiale sed tantummodo accidentale matrimonio esse annexam, igiturque rescissioni nullam plane admittunt indulgentiam, suamque sententiam communiendam continent ad *L. XI. §. 7 de act. emt. et §. 1. I. de except.* provocantes, sed harum legum verba ad emtionem venditionem feruarum et in edictum aedilitium spectant, vbi quidem rescissionem contractus non esse admittendam ob expressam legis dispositionem nos quoque asseueramus, attamen in matrimonio nec virginitati an substantiali aut accidentali habetur ratio, sed error inuincibilis vitiat illud.

§. VI.

Luce meridiana clarius, nostrates omnino hocce matrimonium pro nullo declarandum diiudicare, siquidem capituli supra allegati auctoritatis nec vestigium, nec vola extet, et nos quoque in litteris sacris poenam huicce delicto propositam legimus: *DEUTR. XXII. v. 13.* vbi poena lapidationis deflorata vltimis mergenda suppliciis, secundum autem nostri iuris faciem ex clausula generali, erroris videlicet inuincibilis pro nullo declarandum, quod eo verius, quo minus marito illi ignoscenti competat actio. Praeter ea hoc loco illa inter eruditos exorta controuersia silentio praetermittenda non est, quae eo spectat, an quoque vxori aduersus maritum illa actio sit salua in eodem vitio versantem? et quis est, qui dubitet, quin illi ea deneganda non sit, quum iura matrimonialia pari ambulent passu.

§. VII.



§. VII.

Sed sicuti defectus virginitatis utique iusta est matrimonii pro nullo declarandi causa *ob dolum*, quem committit sponsa, quod se virginem profiteatur, quae tamen non est; ita dubium non est, cessare hanc causam, quoties dolus haud adest, atque matrimonium subsistere, quamvis sponsae deficiat virginitas. Quapropter si foemina nuntiauerit prius marito, se ab alio vel olim fuisse impraegnatam atque peperisse, vel adhuc esse grauidam, sponsus nihilominus sacerdotali copula sibi eam iungi patitur, nullum potest esse dubium, quin matrimonium subsistat, atque pro nullo declarari nequeat. Haecce eo verior est sententia, quod finis matrimonii, quem in sobolis procreatione quaerunt, atque ad quem primario respiciendum per vitiatam obtineri potest. Neque ad nullitatem prouocari poterit, si vitiatam ignorans quidem in matrimonium duxerit, at, postquam rescuerit virginitatis defectum, nihilominus in matrimonii coniunctione se perseueraturum vel expresse declararit, vel facto videlicet concumbendo consenserit atque promiserit. Tunc enim dolus quasi purgatus censetur, nec amplius ad defectum virginitatis prouocandum erit.



Leipzig, Diss., 1776 A-G



f
TA-706

nur 34 Stk. bisher vorkommt

VD
18





P. 400.

1776, 23.

8

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
DEFECTVS VIRGINITATIS
DECLARATIONI NVLLITATIS
MATRIMONII CONCEDAT LOCVM?

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISVVRGENS.
SOCIO
IN AVDITORIO IVRIDICO
DIE XXV. IVNII ANNO MDCCCLXXVI.
DEFENDENDAM PROPONIT
AVCTOR
IOANNES HENRICVS REINHOLD

ROTHENTHAL, MISN.
LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

